





Cim. 4969





ORATIO DE

VENERABILI SACRIFI-
CIO ALTARIS AB AVTHO

re dum idem primum sacra faceret ;
ad Clerum habita.

Adieci-
mus ad finem orationis, breuem quis-
dem illam, deuotam tamen, ex Diuo Am-
brosio, ante sacrificium dicendam,
oratiunculam.

Pfal. 49.

Immola Deo sacrificium laudis ;
et redde altissimo vota tua.

N I S S A E,

Exeudebat Ioannes Cruciger.
Anno, M. D. LXIII.

IOANNES LIVBICHTS CA.

nonicus VVratislauien: candido

Lectori S. D.

Contendentibus ex me amicis Lector huma-
nissime, quo ea ipsa quæ per occasionem saltem
(eo tum cum in laudem & gloriam Dei Omni-
potentis, primum sacra facerem) ad excitandos
audientium animos, in medium pro re nata di-
xissem, in lucem ædenda curarem. Nihil peni-
tus præter meum officium facturum me existima-
ui: si illis ipsis quibus alioqui merito boni viri
studium debetur: cum alias nunquam non pro
virili, tum in præsentiarum, vel hoc nomine mo-
rem gererem. Tui igitur muneris erit, vt aperti
pectoris operas, candido interpretæris animo.
Vale.

Sim. Qu. 4969

ORATIO DE VENERABILI SACRIFI- CIO ALTARIS: AVTHORE IOANNE LIVBICHTS.



Blaturus iam tandem vtinam *fœlici* o-
mine, Venerabile sacrificium altaris,
Consacerdotes Venerandi: vos om-
nes et singulos cum primis oratos ve-
lim, ^{# dignemini} priusquam id fiat, vna
mecū ad ipsum fontem misericordiarū, et patrem totius
cōsolationis Deū, pro gratia spiritus sancti, deuotissis
mas fundere preces. Vt eo purificati, nostras perpetuo
(licet indignas) tam salutifero operi, rite et secure vas-
teamus ad mouere manus.

Nam si quid est in vniuersa vita humana magnipens-
dendum, cuius rationabilis aliās causa reddi potest. Va-
num hoc nobis sane, et inter precipua potissimum du-
bitauerit esse nemo. Quoties nos h̄sipsis, in quibus pro
hominibus constituimur ad Deum: ita accommoda-
mus prout sacri Maiestas requirit ordinis: non secus
capessimus suscepta quā Catholica iam olim edocuit
Ecclesia. Maxime cum et Deo seruire regnare sit, et
Diuinæ ordinationis abusum, ex quo non nisi Diuina
vt plurimum vltio subsequatur. Quod cum in omni-
bus alijs minime negligendum sit, ita quippe pro obe-
undo Diuino hoc munere, in altissima mente cumpris-
mis

mis reponendum venit. Ut in quo puta non pro ho-
minibus duntaxat constituimur ad Deum: sed et Deus
ipse, mirabili quodam suo mysterio, intra nostras in-
carnatur manus. Vnde etiam si rem tanti momenti nul-
la usquā dignis potuerit cæleberrare laudibus ætas. Nos
pro nostra virili tamen eandem communibus votis, eo
magis magisque tum suspicere tum venerari debemus:
quo et tam singulari providentiæ Dei, nihil in totius
Catholicæ ecclesiæ theatro, aut maius, aut admirabilis-
us dici possit vnquā. Adeo ut si quis vsquam gloriosam
passionem Christi perpendit: si omnes in vniuersum
Christiani dogmatis rationes consideravit. Is sese ad
hoc cæleste opificium conuertens: videbit sane, nihil esse
se omnium, quod luculentius viuificæ gesta exprimeret
crucis. Nihil quod magis præsentaneum ad diuinam
misericordiam confugiendi privilegium diceret. Nam
(ut paucis multa perstringam) quemadmodum vnige-
nitus filius Dei Diuinitatis nos suæ redditurus partici-
pes, naturam assumens nostram, non illud ipsum duntaxat,
quod de nostro acceperat, totum in nostram
contulit salutem. Sed et ut tanti iugis in nobis manes-
ret memoria beneficij: sacratissimum corpus suum in
cibum, et prætiolosissimum sanguinem suum in potum,
nobis sub specie panis et vini in remissionem peccato-
rum nostrorum propinavit. Ita et sacrificans sacerdos,
præmissis in missa de mente ecclesiæ præmittendis,
mysticum panis et vini sacrificium, et benedicit, et saluis
nihilominus interrim in toto rerum ipsarum accidentis
bus.

bus, in illud ipsum quod significant (mirabile dictu) hoc
est in verum corpus et sanguinem Christi conuertens,
Eleuat, Immolat, Veneratur, Frangit, Sumit, omnia
(mysticè videlicet) vel in eundem finem, què et Chris-
tus præscripsisse, et Apostoli ab eodem in mandatis
accepisse creduntur. Nempe vt periinde humana ipsa
fragilitas, dulci lætiferæ in amœnissimo incolatu para-
disi illecta arboris fructu ceciderat. Sic in hoc peregrina-
tionis exilio, per oblationem tanti sacrificij, rursum,
sele ad meritum salutiferæ passionis Christi referendo,
suauissimo corporis et sanguinis sui libamine refocilata
exurgeret. Sublimesq; vnde scaturierat, longe facilius
scanderet sedes. Id quod ipsamet exultantibus animis
Catholica concinit ecclesia dicens. O sacrum mysteri-
um in quo Christus sumitur, recolitur memoria passio-
nis eius, mens impletur gratia, et futuræ gloriæ nobis
pignus datur. O vere fœlicem memoriam, et fœlicios-
tem longe commemorationis gratiam. Quæ nos nul-
lis nostris interuenientibus meritis, cœlesti restituens
patriæ: nobis ea ipsa quæ nec oculus vidit nec auris aus-
diuit, sed nec in cor hominis ascendit, quàm munificen-
tissime præparat. Quid obsecro hoc diuinissimo ope-
re vel apud Deum incomparabilius? vel apud homines
dici possit admirabilius? Quum hic et homines Deos
reddi, et accidentia præter omnem Physicam rationē,
sine suis subiectis liquet consistere. Deficit sensus, cœcus
tit ratio, humanus haud capit intellectus. Ecquidem si
ad dimetiendos naturæ terminos recurris, incipit esse

incredibile. At si te ad diuinam recolligis prouidentiam, desinit fore admirabile. Eadem nanque virtute panis in carnem, ad benedictionem ecclesie, et vinum conuertitur in sanguinem, qua **VERBUM CARO FACTVM EST**, et habitauit in nobis. Qua dixit et facta sunt omnia. Quinimmo hoc illud ipsum mysterium est, in cuius virtute Saluator mundi, omnimodam suorum in genus humanum meritorum energiam iureiurando posuit dicens. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Tolle ergo sacrificium missae, auferes Diuinum cultum: auferes totius Christiani dogmatis fundamentum: auferes habitationem Dei cum hominibus. Inferes porro schismata, inferes haereses, inferes profecto desolationis abominationem.

Enimuero si cruenta illa Leuitici quondam ordinis, tantis refulserunt holocaustomata virtutibus: vt et ad summum ipsorum stupenda saepenumero aederentur miracula: et discolorum circa eadem praesumptionem, non solum et fame, et peste, et funesto quandoque bellorum Marte, sed et in ipso immolationis actu, tum lepra, tum coelitus delapso et igne et sulphure, atque adeo subitanea morte, horrenda Dei vlcisceretur ira. Quanto igitur o bone Deus, maiore cum reuerentia, maiore cum timore et tremore, accedendum erit, ad oblationem huius spiritualis, et Diuini et sempiterni secundum ordinem Melchisedech sacrificij. Cuius cum omnia veteris testamenti

stamenti referrebant sacrificia typum: Ita et omni ex-
ceptione maiorem prærogatiuam propheticum oracu-
lum h̄s celebrat verbis. Non accipiam aïens de domo
tua vitulos, nequẽ de gregibus tuis hircos. Quin potius
us immola Deo sacrificium laudis: et redde altissimo
vota tua. Sacrificium nanquẽ laudis honorificabit me.
Vt quod puta, de cætero per vniuersum orbem, non
aut vitulorum, aut hircorum sanguine, verum laudibus
duntaxat immolaretur Diuinis. Iuxta Malachiam dis-
centem. Ab ortu enim solis, vsq; ad occasum magnum
est nomen meũ in gentibus dicit Dominus. Et in omni
loco sanctificabitur, et offeretur nomini meo oblatio
munda. Quippe nos ipsi, quorum aures maximus ille
Diuinorum vates Esaias, vehemẽtiori oratione pulsa
sat dicens. Mundamini qui fertis vasa Domini. Nos
stra plurimum interesse duxerimus, illud Apostoli ad
Thimotheum scribentis, cum dicat inquiring. Discedat
ab iniquitate, omnis qui iuuocat nomen Domini. Nos
nos inquam qui hæc sacrosancta mysteria, et ipsi pro
vniuersa ecclesia offerentes delibamus, et alijs ad eadem
rite accedentibus administramus, cum primum viderimus
oportet. Vt nos et circũspecte geramus, et caute omni-
nino agamus. Vtquẽ omnium carnalium inuolucra cogi-
tationum, iugo recte rationis substernentes: virtus
cum innocentia lumbos mentis nostræ succingamus.
Ad extremũ deniq; si te vel communis ratio, vel vir-
tutis amor (quod absit) a vitæ huius illecebris vindica-
re non possit. Saltem ipsum æternæ salutis periculum,

te à ministerio huius sanctissimi operis merito prohibere debet. Impossibile namq; est, ibidem carnalia desideria non confundi, vbi sese ipse fons, et omnium origo virtutum, humanis contrectandus offert ori manibusque. Nihil itē eo facilius quā Superbos, quā Auaros, quā Luxoriosos, quā Inuidos, quā Immodestos, quā Intemperantes, quā Incontinentes, quā Vagosque Scurralesque, et beluis potius quā hominibus similiores, heluones, potatores, eiusque farinae scelerum mancipia, toties plurimas ob causas iusti iudicij Dei sententiam incurrere: Quoties hanc nedum hominibus non negligendam, sed et cœlesti Hierarchiæ tremendam temere aggrediuntur provinciam. Ut quā Catholica Ecclesia, tantæ perpetuo recognouit esse, Maiestatis, tantæ dignitatis et Authoritatis (vt hic de cæteris eius virtutibus superseadam) quod certo certius credat, in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocem cœlos aperiri: In illo Christi mysterio, Angelorum choris summa imis sociari: terrena cœlestibus iungi: vnum quod ex visibilibus et invisibilibus fieri.

Quanti porro hoc ter maximum munus, intemerata Orthodoxorum olim fecerit pietas: claris est quā vt verbis explicari possit. Docent siquidem hoc ipsum prudentissima eorundem scripta: docent omnibus numeris absolutæ sanctiōes, docet fides, docet religio. Testatur præterea affatim, cum in personas, tum et in loca, multorum tot seculis aucta liberalitas. Quinimo tot amplissima per vniuersum orbem, et fundatio-

nes et beneficia. Quam indigne rursus quamque irreuerenter et quam nefarie, à pluribus nostræ tempestatis atheis hominibus, prophanetur anichileturque, arguit et hoc idem miseranda passim rerum ecclesiasticarum facies. Immo tam rapinæ quam sacrilegiæ. Et tanta proh Deum et hominum fidem, Dei Diuinique cultus persecutio, quantam nemo Christi fidelium sperasset unquam. Turca vix crudeliorem exercere possit. Adeo ut quod Christus apud Evangelistam, in Iudeos vendentes et ementes in templo, dixisse creditur: in ijs vltro citroque superabundasse videas. Ut qui tantum abest, quin ex domo orationis, domum negotiationis fecissent: Sed et sumptuosissima quæque templa, alia solo æquarunt, in suasque sacrilegas conuerterunt estructuras. Alia item si non deleuerunt, spoliauerunt at tamen. Ex alijs denique et bobum et equorum stabula instituunt. Quo fit ut vbi olim (foelicissimis illis temporibus) sollemnissima, huius Deo gratissimæ oblationis, nec sine maximis sæpenumero miraculis, florebat deuotio: hodie proh dolor sues excubare cernas. O plusquam Neronianam tyrannidem. Vbi est tandem timor Dei: vbi mortis memoria: vbi gehennæ metus: O tempora inquam, o mores, sed o vitæ umbras, et o execranda mortis exempla. Euangelij obedientiam iactitant: et Christum è memoria hominum deletum iri student. Iuge sacrificium aboleri parant, et se in omnem euentum truculentum Antichristi regnum propagare negant. Quale cum nemo non luce meridiana clarius


rius deprehendat: ita vel ex eo manifestissimū dubi-
tauerit esse nemo. Quod præter infinita alias in immas-
culatam sponsam Christi ecclesiam, pernicitæ suæ fas-
cinosa (contra euentissimum Dei præceptum) ipsam
causam quoad esse sacramentale, sine qua non (hoc est
sacri ordinis auctoritatem) despicientes: tremendum
scenæ Dominicæ mysterium. Andabatarū more lip-
pis et tonsoribus profanandum proponunt. Ita nimis
rum vt dum vtramq; Synaxeos speciem vulgo ambitio-
se iactitent: eo penitus neutra se gaudere posse pro-
bent. Non obstante siquidem quod extra ecclesiam
Catholicam, nulla vsquam virtutem, sortiri possint Sac-
ramenta: à Laicis tamen ne in ipsa quidem Ecclesia,
eucharistiæ sacramentum quoquo modo confici posse
constat. At quum talibus humanitus impune licet quod
possunt: rogemus saltem Dominum, non exilicis ab
eo quod vel maxime optant prohibeantur. Quin pos-
tius perinde incauti, in altissima spiritus sancti consilia,
vesana quadam tumescentes superbia, Abraham euang-
gelicum monentem, et ad Moysen atq; audiendos in
ecclesia Dei prophetas remittentem despiciunt. Sic alis
quando (vtinam non tardius quàm sperant, saperent)
recordari possent illius iam olim per Christum late
sententiæ: vtpote ex quo ecclesiam Dei viui, quæ est
columna veritatis non audirent: essent tanquam ethnici
et publicani. Nos nihilominus interim, memores son-
tus iustitiæ Diuinæ (quæ dicit, mihi vindicta et ego res-
tribuem) non neglectis probatissimis sanctorum pas-
trum


6

teram exemplis, evidentissimis sacrae scripturae testimonijs suffulti: pergamus cum omni humilitate, cum maiore modestia, et maxima qua possumus cum deuotione, tantundem perpetuo, huic salutifero et ter maximo Dei Optimi Maximi dono tribuere: Quantum ipse met vitae et mortis Dominus, omnibus corporis et sanguinis sui participibus promisit dicens. Qui manducat carnem meam, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo. In quo nos cum omnibus electis suis, et manere, et meritorum passionis suae participes fieri iubeat: ipse idem iudicaturus seculum per ignem. Amen.

ORATIO DIVI AMBROSII IM-
mediate ante sacrificium missae dicenda.

Summe Sacerdos, et vere Pontifex Iesu Christe, qui
Deo obtulisti Deo patri in ara crucis hostiam puram
et immaculatam, pro nobis miseris peccatoribus: et qui
dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, et san-
guinem tuum ad bibendum, et posuisti mysterium in
virtute Spiritus sancti, dicens: Haec quotiescunque fe-
ceritis, in mei memoriam facietis. Rogo per tuum san-
guinem pretiosum, magnum salutis nostrae pretium.
Rogo per hanc miram et ineffabilem charitatem, qua
nos miseros et indignos sic amare dignatus es, vt lauas
res nos a peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me ser-
uum tuum indignum, quem inter caetera dona tua ad
regnum





Biblioteka Jagiellońska



stdr0042047

